

*Doc. 15 (Scriptum est eidem [iustitiario
Basilicate]. Cum in massaria nostra...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 15 (Scriptum est eidem [iustitiario
Basilicate]. Cum in massaria nostra...)*

1278-09-26

Scriptum est eidem (iustitiario Basilicate).

Cum in massaria nostra Caride existente prope Lacumpensilem preter furnum qui est in ea, furnum alium de novo provideamus faciendum, ut nobis apud Lacumpensilem feliciter preter fornus qui est in ea furnum alium providimus faciendum, ut nobis apud Lacumpensilem feliciter existentibus panis in eo ad opus nostri hospitii decoquatur, fidelitati tue firmiter et expresse iubemus, quatenus statim receptis presentibus furnum unum in domibus ipsius massarie fieri facias in ea altitudine magnitudine et capacitate, quod per furnum ipsum die quolibet decoqui possint inter duas vices in pane facto fieri salme sex, videlicet qualibet vice salme tres, de quacumque pecunia curie nostre que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subventionis terris iurisdictioni tue impositae, recepturus de omnibus que propterea solveris ad tui cautelam ydoneam apodixam, et quicquid pro ipso faciendo et complendo exhibueris nobis et magistris rationalibus etc. per litteras tuas scribas, et si furnus ipse in domibus ipsius massarie fieri non potest, fieri facias de predicta pecunia ibidem aliquam domum competentem, in qua furnus predictus comode fieri posset.

Datum Melfie XXVI septembris (VII indictionis) 1278.